



---

---

STELLA CŒLI  
EXTIRPAVIT

---

---

ORATIO  
AUXILIARI CONTRA PESTILENTIAM MORBUMQUE

ECCLESIA DEI PROMULGATUM  
A. D. XIII. MART. MMXX.  
TRANSLATIO DIGITALIS

---

*"Sub tuum praesidium configimus, Sancta Dei Genetrix. Nostras  
deprecationes ne despicias in necessitatibus, sed a periculis cunctis libera nos  
semper, Virgo gloriosa et benedicta."*

Stella Cœli extirpavit  
 Quæ lactavit Dominum  
 Mortis pestem quam plantavit  
 Primus parens hominum.

Ipsa Stella nunc dignetur  
 Sidera compescere,  
 Quorum bella plebem cædunt  
 Diræ mortis ulcere.

O piissima Stella Maris  
 A peste succurre nobis;  
 Audi nos, Domina  
 Nam Filius tuus nihil negans

Te honorat.  
 Salva nos Jesu  
 pro quibus Virgo  
 Mater te orat.

**V.** Ora pro nobis, Sancta Dei Genitrix.

**R.** Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

**V.** Oremus.

Deus misericordiae, Deus pietatis, Deus indulgentiae, qui misertus es super afflictione Populi tui, et dixisti Angelo percutienti Populum tuum: contine manum tuam ob amorem illius Stellae gloriosae, cuius ubera pretiosa contra venenum nostrorum delictorum quam dulciter suxisti: praesta auxilium gratiae tuae, ab omni peste, et improvisa morte secure liberemur, et a totius perditionis incursu misericorditer liberemur. Per te (*c.i.*) Iesu Christi Rex Glorria, Salvator Mundi: Qui vivis, et regnas in secula seculorum.

Amen

*Rèquiem aeternam,  
 dona eis, Domine,  
 et lux perpetua luceat eis.  
 Requiescant in pace.  
 Amen.*